super amphozil. Corpus enim subiacet flu-
xui vt patz in sudoribus ⁊ in sputis ⁊ huiusmo-
di alteratiōne. s. de frigiditate in caliditatem et
econuerso ⁊ corruptiōe que ex fluxitate nimia
sequitur. ⁊ ex alteratiōe diuturna. vt ergo qd̄ su-
perfluū ē in corpore diruatur ⁊ de p̄ditum re-
paretur ⁊ mala alteratiō in bonam transmute-
tur ⁊ p̄ consequens corruptiōi aliquantū ob-
uiet. necessaria fuit quatuor hūorū p̄ntia vt cor-
pus animale in vigore ipis mediantib; incolu-
me conseruetur. Horum aut̄ hūorū generatio
sic h; fieri. recepto. n. cibo in loco decoctōis pri-
mo. s. in stomacho. subtilior eius ps ⁊ liq̄dior q̄
a p̄ficis ptisina vocat p̄ quāsdam venas ad
epaz trahit ⁊ ibi p̄ caloris naturalis actōez i q̄-
tuor hūores trāsmutat q̄rū generatiō simplr in
epate fit ⁊ incipit. s. nō similiter finit. Primo ei
caloris actio quod frigidum est ⁊ humidum in
naturam fleumatis conuertit. Secundo quod
calidum ⁊ humidum est in naturam sanguinis
transit. quod hō calidum ⁊ siccum naturam co-
lere construit. Sed quod frigidum et siccum i
substantiam melancolie se cōponit. Talis igr̄ ē
p̄cessus. P̄iō siq̄dē generat fleumā tā q̄ hu-

mor semicoctus. Secundo sanguis cuius deco-
 ctio est perfecta. Tercio colera cuius decoctio tem-
 poramentum excedit. Ultimo autem melancolia
 quasi pars terrestrius et aliorum sex esse pre-
 cedit. vñ talis est ordo ut dicitur. **Quicquid** elementorum recta et
 reciproca est generatio. quia de aere fit ignis et con-
 uerso humorum autem generatio quedam est recta
 sed non reciproca. de fleumate enim per decoctionem
 fit sanguis sed non econuerso. Similiter de san-
 guine fit colera per calorem intensum siccitate hu-
 morem et subtilitatem sed non econuerso. Simi-
 li modo per adustionem ex colera fit melancolia et
 non econuerso. Sic enim accidit in generatione hu-
 morum sicut accidit in generatione vini ex mu-
 sto sicut dicitur. **Costa** enim feruente musto gene-
 ratur quedam spuma superficiem petens et que-
 dam substantia terrea ad fundum descendens
 et alia est aquosa secundum cuius augmentum vinum in
 substantia est magis debile et minus calidum. Et
 quantomagis antiquatur tantomagis fit cali-
 dum propter huiusmodi aquositatis resolutionem. et
 quantomagis est vini puritas. tanto coctio est com-
 pleta. sic in humoribus est pars lenitate sua. superiora
 petens scilicet colera. alia velud sex deorsum sedens
 scilicet melancolia. alia vero in cruditate manens scilicet
 fleuma. quarta vero est sanguis in sua puritate perma-
 nens. a ceteris humoribus depuratur. Nullum ta-
 men sanguis est ita purus quin alijs humoribus
 sit permixtus. unde eorum commixtione specie va-
 riat et coloris. nam per commixtionem colere appa-
 ret rufus a melancolia niger. a fleumate aquo-
 sus et spumosus.

De sanguine.

Capitulum. vij.

Sanguis ut dicitur

Sanguis a greco nomen sumpsit. eo quod su-
 stentat vigeat et vniat. id est vitam con-
 firmet nam sanctire confirmare est. Dicitur autem
 sanguis dum est in corpore. effusus vero dicitur cru-
 or eo quod effusus currendo corrumpat. alij autem vo-
 cant sanguinem quasi suauem eo quod gustu et tactu
 sit suavis. non enim est sanguis purus et integer ni-
 si in iuuenibus. nam dicunt phisici sanguinem mi-
 nuum per etatem. vñ in senibus tremor est ex defectu. pro-
 prie autem sanguis animi possessio est. **Inde** ge-
 nas lacerare in luctu mulieribus mos est. unde etiam
 purpuree vestes et purpurei flores ponunt super
 mortuos. animositatem mortui dum erat in suo
 sanguine representantes. **Hucusque** **Philosophi** li. x. ca. ij.
Sanguis autem secundum constantiam inter quatuor hu-
 mores laudabilior et nature amabilior est propter
 eius equalem et perfectam coctionem quam effi-
 cit calor temperatus ex materia pura et aerea ad

corporis nutrimentum. **Est** vero sanguis secundum eam
 dem constantiam. alius naturalis alius inaturalis. Na-
 turalis autem alius est contentus in arterijs. Ali-
 us est in venis. **Qui** vero est in arterijs cali-
 dior est et subtilior rubicundior clarius et in sa-
 pore dulcis. **Est** autem calidior propter cordis et
 spiritus vicinitatem. subtilior propter cordis calo-
 rem subtiliantem et rarificantem. et hoc ut resumere
 de per spissas tunicas arteriarum facile non possit in
 alia membra labi. **Rarior** autem est propter vir-
 tutem colere in ipso accutior est autem propter augmentum calo-
 ris. sanguis vero in venis potest esse calidus et humidus. in-
 grossus et subtilis mediocris in sapore est valde dulcis
 omni malo carens odore. cito coagulatur cum
 exierit unde talis sanguis epar designat tempa-
 tum. si vero fuerit subtilis aquosus non boni odo-
 ris nec dulcis saporis commixtionem alterius hu-
 moris ipsum inficientis indicat. **Jam** enim dege-
 nerat in sanguinem innaturalem qui sic dicitur
 vel quia a sua generatione est (ut in leptosia) cor-
 ruptus. aut propter inconuenientem materiam
 ex qua est generatus et propter extraneum humo-
 rem cum quo est commixtus. modicum autem co-
 lere vel alterius inficientis humoris mixtum cum
 puro sanguine ipsum inficit et in sue qualitatis si-
 militudinem ipsum trahit. **Hucusque** constant. pan-
 tegni. ix. ca. iij. **Alias** sanguis proprietates ponit
Aristoteles in libro animalium. iij. dicit enim. **Omne**
 animal habens sanguinem habet epar et cor. vñ
 omnia animalia carentia sanguine sunt mino-
 ris corporis et virtutis animalibus habentibus
 sanguinem et cum absciditur caro exit sanguis
 nisi illa mortua fuerit vel corrupta. **Item** in omni
 animali bone dispositionis est sanguis medio-
 cris. quia non nimis multus sicut sunt potan-
 tes vinum nouum. nec nimis paucus sicut cor-
 poris crassi. quia animalia nimis crassi corporis
 sunt pauci sanguinis et subito augmentatur pig-
 guedo. et quanto. tanto. minor est sanguis. **Item**
 omne corpus sanguineum putrescit cito et ma-
 xime prope ossa. homo enim habet sanguinem sub-
 tilem valde respectu aliorum animalium quorum
 sanguis est nigrior et spissior sanguine hominis
 et maxime tauri et asini et sanguis in inferiori parte
 corporis spissior est et nigrior quam in superiori. **Item**
 sanguis quando generatur valde in multa qua-
 titate erit causa egritudinis quam attenuatur et
 fit aquosus. et propter hoc forsitan sudat homo
 sanguinem quod quidem est ut puto propter super-
 fluam liquidam sanguinis abundantiam a qua se
 intendit exonerare natura. unde eicit eius partes
 aquosas ad superficiem cutis et eas expellit per
 sudorem. **Item** cum homo dormierit erit san-

guis in manifesto modico: nec mirū. qz tunc reuocatur a natura in adiutoriuū virtutis naturalis vt ipius beneficio suas pagat actōes. vnde qñ tunc se pfundit ad interiora extremitas corpis pallida remanet ⁊ exanguis. ⁊ ppter hoc forte accidit qz si corpus dormientis pungat nō exit inde tantum sanguinis quantum si esset vigilās. **I**tem dicit ibidez. qz si sanguis fuerit bene coct⁹ ⁊ digestus bene fit ex eo sepū ⁊ hoc forsitan quia eius vinctuositas p̄ temperatam decoctōz coagulatur ⁊ dealbata in sepū vel pinguedinē trās mutat. **I**tem cum alteratur sanguis a cursu nature sue ⁊ fuerit corruptus exhibit a stomacho ⁊ a naribus. **I**tem cum putrescit sanguis in aliq̄ membro nisi reducatur arte v̄l natura efficitur ex eo virus ⁊ in sanie cōmutatur. **H**ucusqz cōstat. li. iij. **I**tem dicit ibidem. li. xij. vene sunt vasa sanguinis. ex quo p̄t̄ qz sanguis ē vltimus cibus animalis habentis sanguinē. **I**tem ibidez. Ita ē sanguis amicus nature qz etiā animal carens sanguine cibatur p̄ illud qd̄ conuenit cū sanguine vt patet in vermibz ⁊ muscis qui carnibz insident ⁊ sanguinem sugunt ⁊ inde sibi atrahunt nutrimentum. ppter hoc si animal non nutritur cibo isto efficitur macilentū ⁊ male dispositum. ⁊ qñ bene cibatur crescit ⁊ fiet bone dispositionis p̄ talis cibi nutrimentum ⁊ si ille sanguis vnde fit cibus fuerit clarus ⁊ bon⁹ erit corpus sanū ⁊ si mal⁹ infirmū. **I**tem sanguis fressis coagulatur cito ppter humiditatis puritatem vnde om̄e aīal habens subtilem sanguinem et mūdū atqz calidū alijs aīalibz sensum hz meliorem. **S**anguis em̄ mūdus subtilis et calid⁹ ⁊ maioris motus intellectui pueniēti⁹ est. **I**tem oē animal carens sanguine est maioris timoris aīali habētē sanguinez. ppter hoc hñs mundū sanguinē ⁊ calidū et leuez nō mouet nisi modicum ppter timorē. **I**tem sanguis tauri p̄gelatur citius et coagulat sanguine omnīū aīalīū aliorum. **S**anguis em̄ om̄i aīalium coagulat̄ fm̄ magis et min⁹ ppter leporis ⁊ cerui et sibi similiū in natura quorū sanguis nō coagulat̄. vt dicit Arist. **S**anguis thaurinus sicut dicit idem li. iij. ⁊ xij. maxie est coagulatis et velocis ⁊ hoc forsitan ppter excessum caloris et siccitatis vnde haust⁹ crudus inficit sicut venenū. vñ de quodā p̄bo dicit qz hausto sanguine thauri se pemit. **I**tem idem li. xij. sanguis in parte dextera calidior est qz in sinistra. **E**t ideo ppter vigorē calidi sāguinis in parte illa manus dextra p̄rior est ad opandū et habilior qz sinistra. vnde dicit Arist. li. p̄mo. qz leo prius mouet pedem dextz qz sinistrum. ⁊ sup̄ amp̄boz. dicitur qz mulier portās

masculum subito vocata ab aliquo p̄mo mouz pedem dextz qz facit calidus sanguis q̄ in p̄cipiente masculū p̄pletius opatur. **I**tem in eodē libro dicit qz sanguis prima et p̄cipua est materia cordis et epatis. vnde et cor p̄canū est ad sanguinē copiosius recipiendum et spissum ad eundem diligentē custodiendū. et in nullo membro est sanguis sine venis nisi in corde tm̄ et de corde exit p̄ quasdam venas ad alia loca corpis ⁊ non venit aliunde sanguis ad cor qm̄ fons est ⁊ principium sanguinis. mēbrū primū recipiens sanguinem. ⁊ hoc manifestat̄ ex quathomia et mō generatōis. quia prima creatio cordis apparet sanguinea. vñ fm̄ Arist. cor est primū sanguinis receptiuū. ⁊ ideo in medio ponit̄ vt eū trāsfundat tanqz a medio ⁊ a cētro ad omnia alia membra. vñ dicit qz cor est medium totius animalis a quo p̄cedit motus ⁊ sensus ⁊ vita totius animalis. **E**t ideo cor est in omnibus habentibz sanguinem. qm̄ necessario principium sanguinis est ⁊ non epar. **H**ec omnia apte dicit Arist. li. xij. q̄uis de principio sanguinis alio mō sit scriptum in libris medicor. sed de ista cōtrouersia nihil ad nos. quia vtraqz positio vel opinio nobis deseruit quo ad nostram intentionem. **E**x predictis igitur autorum sentētijz breuiter recollige qz sanguis naturalis est purus et calidus subtilis dulcis animalis nutritibilis virtutis naturalis conseruatiuus sedes aīe ⁊ ipius contentiuus. iuuentutis p̄fectiuus. cōplexionis alteratiuus. vigoris cordis ⁊ spirituum conseruatiuus. letificatiuus amoris excitatiuus. sui diffusionis in superficie corpis ipius coloratiuus. sanus ⁊ temperatus. sanitatis conseruatiuus. corruptus corruptōnis inductiuus. vt patet in lepra que est sanguis corruptus in fontibz ⁊ cum alijs humoribus admixtus malicie eorum est temperatiuus. sua virtute doloris oculorum mitigatiuus vt dicit **Constantin⁹**. qz sanguis columbe vel irūdinis de ala dextera extractus oculis calidus instillatus maculas abstergit oculorum. sanguis enim talis valde est ignitiuus et dissolutiuus sicut ibidem dicit commentator in viatico in tractatu de pannis ⁊ maculis oculorum in fine

Sunt etiam sanguis quedam pprietates minus laudabiles alijs supradictis. nā quāto bene dispositus nature ē amabilior 7 vtilior tanto cum corruptus fuerit eidem est nociuor 7 grauiorē infert corpi passiones. Nam alioz humorū malicia sanguini admixta ppter amabilitatem eius ad naturā non se ita subito manifestat 7 iō ab eoz lesione sibi natura min⁹ precauens latente ipoz maliciā non formidat vt p̄t̄z in febribz emitticibz 7 alijs mixtis in quibus colera rubea vel adusta sanguini admixta non ita cito se nature v̄l medici iudicio manifestat vt dicit Gal. sup amphoz. Itē sanguis si fuerit in corpe supfluus menstruosis in hominibz generat passiones nisi nature vel medicine beneficio euacuetur citius vt patz in sanguine menstruali qui ppter suā p̄būdantiam humiditatis 7 caloris indigentiam in mulieribz existēs si vltra debitum retineatur pessimarū causa ē 7 occasio passionum. Inducit enim qnqz spiritalium suffocatōem. quandoqz ydropisim qnqz etiam frenesim. siue manifestā passionem. p̄t̄ ut ille sanguis corruptus nimis diu retent⁹ ad diuersas transfundit corpi regiones sicut in passionaz li. Gal. expressius continetur. vñ cōtra talia picula summū remedium ē talis sanguinis corrupti euacuatōez citius p̄creare nec mirum si sanguis sic corruptus p̄p̄iū subiectū sic molestat qui alienū etiā mirabiliter inficit et molestat siue immutat. nam vt di. Ii. li. x. ca. ij. sanguinis menstrualis cōtactu fruges non germinant. arescunt musta. moriūtur herbe. arbores amittunt fructus. ferrū rubigo corrūpit nigrescunt era 7 metalla. q̄ si canes inde comederent in rabiē efferunt. glutinum ap̄balti quod nec ferro dissoluitur nec aquis ip̄o pollutū sp̄ōte disp̄gitur vt ibidem dicit Ii. hic sanguis ex supflua humiditate 7 debili calore in corporibz multum generatur 7 iō ne natura ex eo grauef̄ in matrice recolligitur tanq̄z in sentina a qua si debito modo expulsus fuerit corpus totū molificando alleuiat 7 ip̄am matricem ad p̄ceptōz disponit 7 habilitat. Vñ di. Aristo. li. ix. menstrum in fine mensis in mulieribz maxime viget 7 iō tunc vtilit̄ expellitur sanguis talis. qz sicut dicit Ii. li. xvj. sanguis menstrualis non habet certam t̄pis renolutōnem sed in maiori p̄te accidit in diminutōne lune 7 hoc est rectum quia corpa animalium sunt tunc t̄pis frigidiora 7 alterat sanguis 7 efficitur ex eo supfluitas men-

strualis. que si tunc expellit̄ talis euacuatio laudabilis ē 7 naturalis qz si vltra tempus v̄l propter grossiciē sanguinis. v̄l ppter altitudinē matricis v̄l ppter defectum expulsiue virtutis retineatur multis molestijs piculosis corpus mulieris aggrauatur qd̄ quidē generaliter ē veruz a quatuordecimo anno vsqz ad quinquagesimū qz in iuuenulis meatus sunt angusti 7 virt⁹ debilis. A quinquagesimo hō anno in antea sanguis minoratur 7 frigescit. calor destruitur 7 tepescit vñ iste due etates a tali imundicia sunt imunes scz senectus vetularis 7 iuuentus puel-laris. retinet tamen natura sanguinem menstrua-lem post mulierum imp̄gnatōem ad nutrimentum fetus 7 conceptus conseruatōz. vñ aristo. li. xv. menstrum ē sanguis non purus s̄ indiget digestionē opatiua. hic sanguis mixtus cū spermate cibas ē in animali vñ mulier post conceptōnem frequenter patiens fluxum menstrua-lem solet facere abortiuum. aut. n. debilitatur fetus aut moritur 7 hoc ppter nutrimenti subtractionē. vnde retētio sanguinis menstrualis signū est imp̄gnatōis ex iam dicta causa. quod autem supfluit de sanguine menstruali detrahif̄ ad māmillas vt inde lac generetur. materia enī lactis est sanguis decoctus in māmillis vt dicit Aristo. li. xvj. 2. xvij. Lac inquit est sanguis digestus non corruptus. Item oportet vt fluxus sanguinis menstrualis actualiter sit in corpore anteqz mulier imp̄gnetur sicut dicit Aristo. li. xv. 7 Consi. sicut optz arborum primo flozere qz fructus facere. Item quando venit talis fluxus naturaliter semp̄ accidit i etate lune etati etiam mulieris conuenienti. Item aues 7 animalia non patiuntur talem fluxum. qz total supfluitas transit in plumas 7 in pilos vt dicit Aristo. Item dicit ruffus. mulieres nimis se exercentes 7 sepius mouentes non multum menstruant. sed que quiescunt 7 multum comedunt suauiterqz viuunt tales multa purgatione indigent. Item quando sanguis talis vel frigiditate vel crassicie ora venarum constringente debito modo non exit ad exeundum alias vias q̄rit vt venas narium 7 emorroidarū quas si clausas inuenerit ad alia membra se diffundit 7 ḡuē nature infert passionem nam tales vt dicit in viatico Consi. defectum appetitus patiunt̄ nam cibaria bona abhorrent. puluerem hō carbonum 7 laterum appetunt 7 similia. nā sanguis retentus in maliciosum fumum terrestrez 7 ponticū conuertitur. quo rapto ad orificiū stomachi appetitus rōnalis subuertitur 7 irrationalis generatur. Vñ omnia talia corpora sunt

maximis morbis apparata.

De fleumate.

Capitulum. ix.

Fleuma s'm Jo-
hannē est humor semicoctus actione caloris imperfecti et frigida et humida natura generatus. et Arest. di. li. xv. Fleuma est cibi superfluitas que non digeritur. Eadem em̄ est materia sanguinis et fleumatis. sed differunt s'm decoctionem maiorem vel minorem. vnde de fleumate fit sanguis p̄ ampliozem caloris agentis intensiōem. non tñ econuerso. sanguis em̄ in fleuma nunq̄ transmutat sicut colera mutatur in melancholiam. s' nō econuerso vt dicit Auic. Est autem fleuma humor naturaliter frigidus humidus et insipidus quam natura mandat per membra vt digeratur et ex ipso digesto corpus nutriatur. Notandum q̄ fleuma aliud est naturale aliud innaturale. naturale autē frigidum et humidum in colore albo in substantia fluidum. in sapore parum dulce vel totaliter insipidum. in epate tñ generatur vbi sedes ē calous. Est tamen habile vt ī sanguinem transmutetur et facta p̄pleta transmutatōe corp̄ ind̄ sustentet. Fleuma em̄ q̄uis de se sit grossius et insipidū p̄ intensiōem tñ caloris ipm̄ immutantis forme et saporis sanguinis q̄ ē dulce et susceptiuum vt patz in fleumate qd̄ dicit esse dulce. vñ p̄pter vicatatem et similitudinem quā habet cuz sanguine indigent eo oīa mēbra corp̄is et iō natura puida fecit illud cum sanguine per venas totius corp̄is transire p̄pter necessitates et etiā p̄pter vtilitatē. nā vt dicit p̄stā. deficiente sanguine digerit calor fleuma qz in intendit mēbra reficere et nutrire. vnd̄ in hoc nobilias est fleuma colera et melancholia. qz rectificari non possunt vt ex eis fiat sanguis cuius beneficio vigent et nutriuntur membra corp̄is vniuersa. Est etiam eius p̄sentia cū sanguine necessaria vt eius frigore sanguinis feruor temperetur et liquiditate fleumatis spissitudo sanguinis in temperie cōseruetur. et sic facilius et expeditius ad singula membra nutrimentū sanguinis deportet. Utile etiam est vt iuncture mēbroz et alias partes mobiles sua liquida humiditate humectetur ne ex calore motus vñ ex sanguine calido casu aliquo a suo officio retardentur. quia siccitate insipiducta impediuntur. Fleumatis autem innaturalis quatuor sunt species. Est enim acetosum frigidum et siccum propter melancholie admixtionem. salsum calidum et siccum propter colere rubee infectiones. dulce propter sanguinis participationem. vitreum sic dictum propter colo-

ris vitri assimilationem. tale em̄ omnino elongatur a calore et ideo ceteris eius speciebus illud ē p̄pactius et difficilius ad gerendum et in sanguine cōuertēdū. Sic humor si corruptus fuerit diuersas generat in corpore infirmitates et sup̄abundantia vt dicit Constan. cognoscit per diuersa. nam vere fleumaticus est corpore deses grauis et tardus et sensu ebes mente obliuofus carne mollis et fluidus colore liuidus albidus in facie corde timidus sputis et excreationibus multis plenus. piger et somniculosus. parui appetit? parue sitis nisi sit salsum fleuma q̄a tunc salsus sapor in ore sentitur propter calidi humoris admixtionem. crine mollis et flauus. et laxus cuius pulsus est mollis grossus et tardus. vrina alba spissa cruda et discolorata. statura pinguis et grossa in extremitatibus breuis et curua cuius cutis superficies plana et leuis ac a pilis denudata. somniat de aquarum nimium et pluiiarum inundatione nauigatione in aq̄s frigidis et etiam natatione. talis complexionis homines solent frigidum morbum sepius incurtere et ipso fatigari et precipue tempore hie mali quia tunc temporis qualitates fleumatis scilicet frigiditas et hūiditas intenduntur vt dicit Constan. quere supra de proprietatibus frigiditatis et humiditatis.

De colera.

Capitulum. x.

Colera s'm Isidoro dicta est eo q̄ in humore colerico calor temperamentum excedat. Colera alia naturalis alia innaturalis. Naturalis est que naturaliter est calida et sicca et in substantia subtilis in colore rubea clara. in sapore amara cum quodam acumine. que quanto ē calidior tanto est in colore rubicundior et in sapore amarior que cuz in corpore generatur in duas partes diuiditur quarum vna transit cū sanguine et alia transmittitur ad cistam fellis. illud autem quod vadit cum sanguine penetrat cuz ipso causa necessitatis et inuamenti. necessarium enim fuit vt sanguini admisceretur ad aptificandum sanguine ad membra colerica temperanda et nutrienda qm̄ in hoc sanguine oportet esse coleram rubeam actualiter s'm debitam proportionem huiusmodi membrorum iuuat etiā vt sanguis subtilietur vt facilius trāseat per angustos meatus ad interiora corp̄is nutrienda. alia vero pars que ad cistam fellis trahitur transmittitur ad ipsam causa necessitatis et etiam iuuamenti. necesse enim fuit propter m̄-

dificationem totius corporis et propter nutrimentum ipsius fellis. iuuat etiam stomachum et intestina calefaciendo et pungendo ut a superfluis se exonerent ideo enim sepe accidit torsio et ventris dolor et colerica passio quia via opilatur que est inter fel et intestina. Innaturalis colera est que egreditur a natura propter aliquod extraneum sibi commixtum. nam commixto cum colera rubea fleumate aquoso generatur colera citrina que preter ceteris est nimis calida et nocua. si vero fuerit fleuma grossioris essentie et spissioris inde colera vitellina. iste due species sunt note. Tercia species est colera quedam prassina in colore viridis et amara acuta sicut herba que prassium id est marubium vel porrus nuncupatur. nascitur autem in stomacho illorum qui continue vtuntur herbis nimis calidis ut porris cepis alleis et vastariis et huiusmodi. et forsitan a talibus herbis viridibus et crudis in colore contrahit virorem et sic Gal. visum est. Auicenna autem visum fuit quod praxina generatur ex colera vitellina quam nimis adurit cum ei adurit adustio in ea facit nigredinem ex qua citrinitate mixta viriditas introducit. Eruinosa vero colera est quarta species que per vltimam adustionem generatur ex prassina. quam enim tantum adurit quod eius humorositas desiccatur tunc declinat color eius ad albedinem qualis est color cineris. nam calor in humido corpore primo nigredinem efficit. deinde consumpta totaliter humiditate albidem quondam introducit ut est videre in lignis que priusquam conuertantur in cinerem conuertuntur in carbonem. frigiditas vero e conuerso in humido facit albedinem in siccis autem nigredinem operatur. sed hec vltima in omnibus alijs peior est et venenosior et venenosa qualitas pessimas et mortiferas inducit in corpore passiones sicut herisipilam et noli metangere et cetera. huiusmodi igitur colerica naturalis non excedens terminos nature est aliorum humorum subtilitatis digestionis confortatiuus fecis et putredinis mundificatiuus corporis secundum dimensionem longitudinis et latitudinis distensiuus animositas et audacie generatiuus mobilitatis et lenitatis effectiuus ad iram et ad appetitum viciate excitatiuus. venerei appetitum prouocatiuus virtutis expulsiue adiuuatiuus materie grosse attenuatiuus et a centro vsque ad circumferentiam diffusiuus secundum citrinitatem vel nigredinem superficiem substantie in colore mutatiuus. Unde colerici generaliter solent esse iracundi animo immansueti leues et instabiles impetiosi in corpore longi tenues et macillenti colore fulci in cribribus nigri et crispi pili hispidi et hirsuti tactu ca-

lidi pulsus fortis et velocis. eorum vrina in substantia est tenuis et subtilis in colore ignea rutilans et clara. Hec colera si in alia parte corporis fuerit corrupta molestissimas infert corpori passiones. quarum hec sunt generalia signa sicut enim dicit Constan. in pategn. li. ix. cap. ij. Si corpori dominetur colera corrupta erit cutis glauca vel citrina et erit defectus appetitiue virtutis. amaritudo sentitur in ore ita quod dulcia videntur amara et sapida insipida punctura et ardor in stomacho ex calido fumo pungente nervos stomachi et mordicante. abominatio cum vomitu colerico cum siti lingue siccitas ex fumo calido. trabea arteriam desiccante et humorem saliualem circa nervos lingue consumetem. oculorum concauitas cum humido aspectu pulsus subtilis et velox et spissus. vrina rubea et intensa dolor capitis grauis. vigilia et alienatio mentis horribiles visiones in somnis tales enim somniant de igne et fulgore et stupenda aeris inflammatione quod fit ex igneo fumo potente cerebrum et imaginatiuam immutante. Et tantum de colera et speciebus eius. diuise secundum Galienum et Auicennam ad presens dicta sufficiunt. Sequitur vltima proprietas substantie corporee quarti libri que dicitur Melancholia.

De melancholia. Capitulū vndecimū

Melancholia est humor spissus et grossus ex fece et turbulencia sanguinis generatur. et dicitur a melon quod est niger et colim quod est humor. inde dicitur melancholia quasi niger humor. Unde a phisicis colera nigra nuncupatur nam color eius declinat ad nigredinem. Est autem melancholia alia naturalis alia innaturalis naturalis est frigida et sicca que fit in sanguine sicut fer in vino habet generari et sba est spissa et terrestre et sapor inter dulcedinem et ponticitatem existit vicin accipiet. Hec melancholia in duas partes huius diuidi que vna remanet cum sanguine penetrat secum ad membra carum et necessitas et iuuamti

fait enim necesse vt cum sanguine misceretur vt
 aptificaret sanguinem ad membra melancoli-
 ca nutrienda. **I**uuat etiam sanguine quia inspif-
 sat ne sua liquiditate subterfugiat digestionem
 secunda pars vero transmittitur ad splenē pro-
 pter necessitatem et iuuamentum. necesse enim
 fuit hoc propter mundificationem totius cor-
 poris et propter nutrimentū ipsius splenis. **I**u-
 uamentum vero est vt pfluat in os stomachi.
 vt scilicet ipse fortificet inspillet et vt ibi pruritū faci-
 at et sic excitet famem et cooperetur ad desiderium
 nutrimenti. **I**llud autem est melancolie quod
 est superfluum sanguinis transmittitur ad sple-
 nem et quod a splene egreditur est illud quo in-
 diget splen ad sui nutrimentum et sicut colera
 rubea iuuat stomachum ad expellenda super-
 flua inferius sic et melancolia iuuat virtutē ap-
 petitiuam superius. dicitur autem sex sanguinis
 potius quā colere vel fleumatis quia resudat et se-
 paratur a sanguine sicut descendit ypostasis vi-
 nalis siue sedimen in liquore. de fleumate vero
 nihil resudat nec descendit propter eius visco-
 sitatem. similiter nec de colera propter eius sub-
 tilitatem et ideo sex colere vel fleumatis non vo-
 catur. **M**elancolia autē innaturalis non est ad
 modum ypostasis siue residentie et fecis. sed per
 modum adustionis et cineritatis. et hoc accidit
 istis modis. agens enim calor nimis in substan-
 tia fleumatis ipsam adurit et per adustionem ni-
 miam in coleram adustam conuertit et si fuerit
 humor primo subtilis et aquosus quando adu-
 ritur efficitur salsus et si fuerit grossus trahitur
 ad acredinem vel ponticitatem. si vero contin-
 gat sanguinem aduri vel incinerari. cinis ei⁹ fit
 salsus cum quadam dulcedine pauca. sed quā-
 do contingit melancoliam naturalem aduri il-
 la adustio seu cinis erit acris sicut acetum et cum
 cadit in superficiē terre ebullit cuius odor est g-
 uis et acris sicut acetum quod musce fugiunt
 propter odoris horribilitatem. et illa siquidē que
 magis est acris deterior est. **S**i vero melanco-
 lia quā aduritur grossioris fuit substantie erit ci-
 nis eius minoris acredinis cum ponticitate pau-
 ca que cadens super terrā minus ebullit et mi⁹
 in umbra penetrat nec est mi⁹ maliciosa et vene-
 nosa ita cito perimit sicut prima. **H**ec colera ni-
 gra nature inimica pessimas habet ac mortife-
 ras qualitates morbos enim inducit incurabi-
 les sicut cancerum et lepram et huiusmodi. **E**x
 amixtione igitur per adustionem nimiam incine-
 rati fleumatis sanguinis et melancolie naturalis
 melancolia innaturalis et pessima generat. et cum
 ex fleumate per decoctiones generetur sanguis

et in sanguine per extensionem generetur colera
 ex colera vero melancolia. **I**mpossibile est ex ea
 humorem ulterius generari sed tantūmodo in-
 cineratur et ex illa incineracione naturalem hu-
 morem inficiente. ille humor pessimus acciden-
 taliter procreatur vt dicit **Constan.** li. i. ca. xxiiij
Istius humoris dominantis in aliquo corpore
 hec sunt signa. **P**rimo quia calor cutis mutat
 in nigredinem vel liuorem in ore sentit acidum
 saporem ponticum et terrestrem: huius humoris quā-
 litatem paciēs animo est timidus sine causa pas-
 sio eius est melancolia. vnde omnes hanc passi-
 onē habentes sine causa sunt timidi sepius atque
 tristes et hoc ex melancolico humore cor cōstri-
 gēte. vñ sic tristes in rogati quod faciant vel per quod
 leant non habent quid respondeant. alij tamen
 sibi mortem imminere putant irrationally alij
 inimicias alicuius formidant alij mortem di-
 ligunt et desiderant. vnde **Gal.** in libro passio-
 num **N**on est mirum inquit si paciēs coleram
 magnam tristitiam vel mortis suspensionem pa-
 ciat cum exterius in corpore obscuritate nichil
 sit timidius. vnde quando aliquod obscurū vt
 est fumus melancolicus operit cerebrum neces-
 se est vt paciēs timeat quia causam vnde tie-
 at secum portat et ideo somniat terribilia et tene-
 brosa et visui pessima et in odore fetida vel in sa-
 pore acetosa ex quibus omnibus generatur me-
 lancolia passio. **I**tem maniacae et melancolice di-
 spositionis est quando tales de tristabili gau-
 dent et rident. de re vero exultanti plangunt atque
 dolent. **I**tem tales pertinaciter tacent vbi esset
 loquendum et insolenter loquuntur vbi esset ta-
 cendum. **I**tem alij putant se esse vas fictile terre-
 um et timent tangi ne rumpentur atque frangan-
 tur. **I**tem quidam putant se pugno mundum
 claudere et omnia in manibus continere et ideo
 manus ad cibum non extendunt. timēt quod si ma-
 nus extenderent partes mundi defluerent et pi-
 rent. **I**tem quidam putant angelum tenere mū-
 dum et preteridio velle mundum dimittere cade-
 re et ideo manus erigunt et humeros volentes
 mundum corruentem sustinere et multum recal-
 citant quando manus et humeros a medicis
 suppressere compelluntur. **I**tem aliquibus vi-
 detur quod caput non habeant vel si putent se ha-
 bere illud putant caput esse plumbeum vel asi-
 nimum seu aliter mōstruosum. **I**tem alij audie-
 tes gallos cantare brachia erigunt et se se percu-
 tiunt et cantantes se esse gallos credunt et tan-
 dem nimis clamantes rauci in clamando vel mu-
 tifiunt. **I**tem alij in suspensionem pessimam irre-
 uocabily incidunt propter quod amicos odi-

unt vituperant et confundunt. immo quando-
 que percutiunt et occidunt has et multas alias mi-
 rabiles incurunt melancholicas passiones prout re-
 fert **Ballie.** et **Alexander.** et multi alij auctores
 quas quidem longum esset per singula enarra-
 re et hoc quotidie ad oculum experimur sicut nup-
 accidit quandam nobilem ad tantam desipien-
 ciam melancholicis vicio deuenisse quod modis omni-
 bus murilegum se putabat. unde alij quibus suble-
 ctis ubi cati insidiantur muribus quiescere non
 valebat. forte tali pena peccatis suis exigentibus
 percussus fuit. **Nabuchodonosor** qui prout di-
 citur in historijs bestiam triformem scilicet leonem
 et aquilam bouem septem annorum spatio se pu-
 tabat. **Hec** autem de melancholia et de alijs hu-
 moribus naturalibus quantum ad hoc pertinet
 opusculum. dixisse nunc sufficiant.

Explicit liber quartus. Incipit liber quintus

Ducto de pro-
 prietatibus humorum restat
 aliqua dicere de dispositione
 membrorum que ex predictis
 humoribus componuntur. Et
 primo de proprietatibus eorum in genere deinde
 de singulis in specie dicendum est aliquid et
 cetera.

De membrorum proprietatibus generali. capit. j.

Nam ut dicit au-
 ten. Membra sunt corpora ex parte
 humorum commixtione procreata vel
 ut dicitur super **Jo.** Membrum est firma pars
 et solida animalis ex similibus vel dissimilibus com-
 posita ad aliquod speciale officium deputata
 per hoc quod dicitur firma pars differt membrum
 a parte que non est firma vel est spiritus. per hoc
 autem quod dicitur ex similibus vel dissimilibus com-
 positum insinuatur membrorum duplex diuer-
 sitas simplicium sive consimilium et composito-
 rum sive officialium. nam consimilia membra di-
 cuntur et simplicia quorum partes eiusdem na-
 ture sunt cum toto vel quilibet pars sanguinis
 est sanguis et sic de alijs et huiusmodi membra
 scilicet similia organicis et officialibus membris na-
 turaliter sunt priora vel putantur ea componentia
 sicut principium componens est composito pri-
 us. organica sive officialia membra dicuntur ex
 consimilibus generata et statuta que ad comple-

tionem sensus et motus sunt anime instrumenta.
 ut manus pes oculus et consimilia. fuit enim ne-
 cessarium quod in qualitate et quantitate diuersa es-
 sent ut actio anime completeretur natura enim fecit
 corporis instrumenta virtuti anime congruen-
 tia. virtutes enim anime sunt diuersae et ideo mem-
 brorum diuersitates sunt necessarie ut patet in
 manibus in quibus sunt multi digiti et in quanti-
 tate et in qualitate diuersi ut per eos possint ma-
 gna sicut minima retineri. Cum igitur sit triplex
 anime actio scilicet animalis naturalis et spiritu-
 alis. sunt membra istis operationibus anime
 necessaria unde membra animale virtutem se-
 quentia dicuntur animata que fuerunt necessa-
 ria ad sensum formandum et motum voluntari-
 um in omnibus animalibus sicut cerebrum ner-
 ui oculi et alia instrumenta sensuum. membra vero vir-
 tuti vitali obedientia dicuntur spiritualiter vi-
 talia que facta sunt propter anhelitus et vitalis
 spiritus attractionem et caloris mitigationem et
 vite conseruationem vel cor pulmo et huiusmo-
 di. membra autem virtuti naturali deseruientia
 dicuntur naturalia et nutritiua quorum quedam
 sunt nutritiua. que scilicet cibum in membrorum sub-
 stantiam transmutant. sicut stomachus epas et hu-
 iusmodi. quedam vero sunt generatiua ad con-
 seruationem speciei vel scilicet specificarentur gene-
 ralia et indiuiduantur specificata. Quia enim omnia
 indiuidua consumantur necesse est ut per vim ge-
 neratiuam ne penitus pereant reparentur et sic
 in esse specifico saluentur. Habent autem hec
 membra sibi alia deseruientia et adiuuantia mu-
 tuo enim membra sibi inuicem subministrant. **Hec**
 autem membrorum subseruientium utilitas est
 multiplex scilicet preparatoria. purgatoria. defen-
 soria. deportatoria. Prima itaque sunt prepara-
 toria sicut organa sensuum deseruiunt cerebro cor-
 di. pulmoni. epati. stomacho. et cetera instrumē-
 ta cibabilia. Secunda sunt deportatoria sicut
 sunt nervi qui suscipiunt spiritum animale a
 cerebro et deferunt ad singula membra. ad mo-
 tum et sensum faciendum. Similiter et arterie de-
 seruiunt cordi et vene epati. nam spiritum susci-
 piunt arterie a corde et deferunt ad pulsum fa-
 ciendum. et vene sanguinem ab epate ad corp-
 nutriendum. Tercia sunt purgatoria scilicet ea
 que expellunt superflua et nocua sicut forami-
 narium in capite et meatus per que cor emit-
 tit superfluum fumositatem pulmoni ut emit-
 tatur. Similiter cistis fellis et splen purgant epas a
 superfluitatibus colericis et melancholicis. sic renes in-
 dificant ab aquis. Quarta sunt defensoria sicut duo
 pancreatici cum craneo defendunt cerebrum a nocuē-